cat. II. et III. Tricesimus septimus successit in pontificio [r] Coloniensis ecclesie sedens sub Heinrico IV. et Heinrico V. necnon Lothario III. [s] imperatoribus annis 36 [20] venerabilis presul Fredericus primus. Iste prefatum Lotharium una cum uxore sua Ritza [t] Colonie unxit in imperatorem. Idem quoque plus factione Heinrici IV. imperatoris supradicti quam electione priorum [u] ascendit ad episcopatum. Nam usque ad hec tempora imperatores investituram annuli [v] et baculi tradere consueverunt. [w] Porro ipse idem [x] Fredericus contra innumeram multitudinem Swevorum et Bavarorum parva licet manu in campis Andernacensibus confligens feliciter triumphavit. Hic eciam fundavit monasterium in Rolanswerde [y] et cellam religiosorum fratrum in Remago supra montem. Sepultus est [z] in monasterio Sybergensi. [a]

20] cat. I. et II. rectius 33. (1099–1131).

Bruno secundus Coloniensis pontifex XXXVIII.

cat. II. Tricesimo octavo loco successit ad regimen Coloniensis ecclesie sedens

cat. III. cod. 4. sub Lothario III. imperatore supradicto annis 6 [b] venerabilis pontifex

cat. III. Bruno II. + Hic cum esset prepositus s. Gereonis ++ Coloniensis repulsa electione canonica priorum [c] de persona Godefridi [d] prepositi Xanctensis ecclesie facta favore [e] dicti Lotharii imperatoris fuit per violenciam intrusus. Is autem cum dictum Lotharium in Italiam [f] in expeditione armati exercitus fuisset comitatus, apud Barum civitatem Apulie [g] obiit sepultus ibidem [h].

cat. I. Hugo venerabilis Coloniensis presul XXXIX.

cat. III. Tricesimus nonus successit in pontificatu Coloniensis ecclesie venerabilis pater Hugo +++, prius maioris ecclesie [i] decanus, qui per Innocen-

ann. ma[…] cium papam II. [21] in archiepiscopum Coloniensem consecratus paucis supervixit diebus: dictum imperatorem in Italiam [k] similiter comitatus et apud Barum dictam civitatem defunctus iuxta suum antecessorem ibidem extitit tumulatus.

21] Catalogi antiquiores male Honorium nominant.

+ add. 5: oriundus de Monte. ++ add. 6 (4. 6'): filius Adolphi primi comitis de Altena. +++ add. 5: oriundus de Spainhem.
r) pontificem 1. s) et Loth. III. des. 3. t) Rytza 1. 2. u) primorum 4. 4'. 4". v) anuli 1. 2. 3. w) consuerunt 2. x) quidem 1. 2. y) Rolantzw. 1. Roelansw. 2. Rolantzw. 3. z) autem add. 2. a) Siberg 3. Sibergensi 4. 4'. 4". b) annis 6 deest 3. c) prioris 1. primorum 4. 4'. 4". d) Gotfridi 3. e) factione 4. 4'. 4". f) Italia 1. 3. Ytalia 2. g) Apullie 1. 3. h) ibid. sep. 3. i) Coloniensis add. 4'. 4". k) Italia 3.